

CEREOLI MEDICATI; CATHE-  
TERES; TURUNDÆ ET PESSARIA.

---

CEREOLI MEDICATI.

SYN. *Cerei s. Candelulæ medicatæ.*

CEREOLI COMMUNES.

℞. Cereæ flavæ libram unam.

Leni igne liquefactæ sensim et sub con-  
tinua agitatione instilla

Acetatis plumbi liquidi unciam semis.

*Vel :*

℞. Olei Olivarum libras tres.

Cereæ flavæ libram unam.

Oxydi plumbi rubri libram unam semis.

Coque leni igne circiter per sex horas.

*Vel :*

℞. Cereæ flavæ libram unam.

Terebinthinæ Pinus-Laricis uncias qua-  
tuor.

Leni igne liquefactis et parum refrigeratis  
adde probe movendo

Sulfureti hydrargyri rubri unciam unam.

608 CEREOLI MEDICATI.

Miscellæ debitæ paratæ immerge lintea variæ magnitudinis quæ dein lege artis convoluta intra duos asseres vel lapides politos effingantur in cereolos varii voluminis.

*NB.* Quidam, loco linteorum, cum succesu adhibent vellus (vulgo *Charta s. Membrana Pergamena* dicta) convolutum, probe agglutinatum; dein massæ immersum.

CEREOLI EMOLLIENTES.

℞. Cereæ flavæ libras duas.

Sevi Ovilli,

Olei Olivarum, ana uncias duas.

Simul leni igne liquecant ut fiat massa cui lintea variæ magnitudinis immergantur dein in cereolos efformanda.

Usus Cereolorum : 1. Ad dilatandam urethram, vulvam, anum. 2. Ad comprimendas et delendas carunculas aut excrescentias. 3. Ad curanda ulcera urethræ inveterata. 4. Ad curandas blennorrhœas aut pyurias urethrales. 5. Ad excitandam aut revocandam blennorrhagiam male suppressam.

## CEREOLI EX HYDRARGYRO.

℞. Cereæ flavæ uncias sex.

Acetatis plumbi liquidi unciam semis.

Muriatis hydrargyri drachmas duas.

Fiat massa pro cereolis methodo mox indicata efformandis.

Hi cereoli magis irritantes sunt quam præcedentes, hinc ad blennorrhagiam suppressam revocandam efficaciores.

Eidem scopo serviunt:

CEREOLI EX CHORDIS FIDIUM.

CEREOLI EX RESINA ELASTICA.

*NB.* Tubi seu Cereoli cavi ex resina elastica majoris diametri, per os aut per nares in pharyngem introducti, etiam egregie serviunt ad nutriendum corpus in dysphagia ex spasmō, paralyſi aut vulnere pharyngis; item in tetano, hydrophobia, asphyxia.

## CATHETERES.

CATHETERES EX RESINA ELASTICA.

EX ARGENTO.

Usus: Urinæ suppressio. — Item ad curandas fistulas et ulcera urethræ, perinæi

610      T U R U N D Æ.

aut vesicæ, prohibendo sic ne urina perpetuo per fistulam stille.

T U R U N D Æ.

---

TURUNDÆ EX SPONGIA OFFICINALI.

Spongia officinalis siccata per se; vel cereæ immersa, dein expressa et in portiones variæ diametri concisa egregie servit ad orificia sinuum et fistularum dilatanda, ut puri exitus facilis pateat et injectiones commode fieri possint; nec non ad vulnera aut ulcera aperta tenenda, ne cicatrisentur antequam basis eorum pura et repleta sit.

TURUNDÆ EX CHORDIS FIDIUM quæ humefactæ intumescunt.

TURUNDÆ EX CEREOIS VARIIS. Vide *Cereoli*.

TURUNDÆ EX LINTEO CARPTO.

Huc etiam pertinent.

PISA aut globuli ex variis aliis substantiis ad fonticulos apertos tenendos.

## P E S S A R I A.

SYN. *Pessus ; suppositoria.*

Optima quibus hodie utimur sunt :

P E S S A R I A E X R E S I N A E L A S T I C A S . C A O U T -  
C H O U C P A R A T A , o v a l i a v e l c y l i n d r i c a  
v a r i æ m a g n i t u d i n i s .

Possunt etiam fieri ex auro, argento, ebure,  
subere, spongia simplici vel spongia inclusa  
in sacculo ex linteo aut serico vernice obducto ;  
vel ex vesica quæ vaginæ aut ano immissa  
aëre inflatur.

U S U S : P r æ p r i m i s a d p r o l a p s u m v a g i n æ ,  
u t e r i , r e c t i ; e t h o c s c o p o i n m e d i o p e r -  
f o r a t a e s s e d e b e n t u t s a n g u i n i m e n s t r u o  
e t f æ c i b u s e x i t u s p a t e a t .

N B . F i u n t e t i a m P e s s a r i a e x S p o n g i a m e -  
d i c a m e n t i s a d s t r i n g e n t i b u s v a r i i s a u t a c e t o  
i m p r æ g n a t a a d s i s t e n d a m h æ m o r r h a g i a m  
u t e r i v e l n a r i u m .